

E. 4. β.

XXXIX. Codex membraneus belg. Sec. XV. Folior. numeratorum 253. praevis itidem 9. non numeratis f. maj. est Pars altera Operis *Biblici* comprehendens *Novum Testamentum* ita ordinatum, ut ratio habeatur temporis, quo singulae Partes in Ecclesia legi consueverunt, ad quod jam ipse *Elenchus* praefixus ducit. Chorum ducunt *Evangelia*, quae Harmoniam aliquam coadunata constitunt. Antecedit Prologus hujus initii: *Nu sij wi comen totten nywen testament, ende hier na volgen die ewangelien. Mer om dat wy die yeeften van den bystorien volgen willen, so sullen wy hier bescriuen die ewangelien die men heet concordancien &c.* Itaque *Johannes* incipit: *In den beginne was t'woert, ende t'woert was mit gode, ende god was t'woert &c.* Usque ad verba: *Fuit homo missus a Deo; horum enim loco statim: Op sinte Jobans baptisten avont III. In des conincs herodes dagen van yudea was een pape wies name was Zacharias &c. ex Luca, ubi Icon sistit Zachariam in templo tus adolentem episcopali habitu, et in turba genuflexa unum aliquem corollas Marianas pie decurrentem. Textui passim aut *Glosa ordinaria*, aut *Historia Scholastica* subjuncta est. Harmoniam evangelicam excipiunt *Actus Apostolorum*, et *Pauli*, tum *canonicae Epistolae*, ubi *Job. I. c. 5. Want drie isser di getuge gheuen in der eerden. Die geest dat water ende dat**

bloet. Ende drie isser di getuge in den bemel gheuen. Die vader dat woert ende die heylige geest. Ende dese drie syn een. Ad repetitum: *Ende drie isser*, lima observatur. *Apocalypsis*, quod mirere, sine Iconibus est. Eam excipiunt *Prophetiae* per annum in Ecclesia legi solitae, unde adparet, cur *Parte I.* omissae fuerint; item *Epistolae*, quae in Festis SS. leguntur. Dein reditur ad *Vetus Testamentum*, sistunturque *Machabeorum Libri II.* et quamvis ad calcem II. dicatur: *Datter na volghet, is ghenomen wt yosephus boecke*, in fronte tamen paginarum positum est: *Machabeorum III.* Ex eodem *Josepho* sumta est Narratio, quae sequitur, inscripta: *Die Destruëtie van Iberusalem.* Finem facit magnifico Codici *Psalterium*, cui post *Pf. CXVII.* insertus est Hymnus Horae primae: *Jam lucis orto sidere &c.* *Nu want die sterre des lichtes verresen is, laet ons oetmoedelick gode bidden &c.* Sunt *Psalmi CLXXI.* Omnes enim *Psalmi CXVIII.* Literae seorsim numeratae sunt. His accedunt *Cantica Biblica* utriusque T. et *Symbolum Fidei*, quod hic *Anastasio Ep.* pro *Athanasio* tribuitur. Omnia haec Argumentis miniatis instruuntur.

XL.

Codex membraneus boh. Sec. R. 821 XV. Folior. 440. f. max. per duas columnas pulcherrime perscriptus, initiis omnium Librorum deauratis et picturatis magnificus

completitur sacra *Biblia* uniuersa cum Prologis *Hieronimi* et solitis Argumentis, atque hoc Rubrum praefert: *Poczina se epistola totisto list swateho Jeronima kteruzto pise kniezi paulinowi muzi vmielemu. genz biese postal gemu darky a list swoy po ambrozoui mnichu w zkazuge gemu vmysl swoy ze bychtitel swiet opustiti. A ze ma zado srozumieti pismom swatym. A tieze mohliby bez nauči tele mieti rozum pisem swatich. A zeby protos swatym ieronimem rad prebyual. Ktomu geho listu od pouieda swaty ieronim tiento swym listem. Libri se ordine consueto excipiunt. Gen. III. 15. ubi *Biblia Kraliczensia* 1579. habent: *Ono potte, Ipse conteret, Noster legit: Onat potte, Ipsa conteret. Adest Esdrae Tertius, qui inscribitur Secundus. Cantica Canticorum rubricis Colloquentium interstineta sunt. Epistolam ad Colossenses spuria ad Laodicenses consequitur. I. Job. C. 5. in testimonio terrestri deest: A ti trie gsu gedno, id est: et hi tres unum sunt.* Notulae, quae in marginibus visuntur, aut corrigunt errores Librarii, aut vocem aliter, quam in Textu, versam praesentant, et id quandoque ad hebraeam lectionem, aut glossulam exhibent. In uniuersum Exemplar istud *Biblicum secundae Recensionis* et quidem emendatoris est. Chronologicae Notae quater occurrunt. Ad calcem *Exodi* Annus 1432. ad calcem *L. I. Esdrae* 1433. cum addito loco *Na Ostromeczi*; fuit autem *Ostrometium* forte *Taberitarum* in *Be-**

ronensi Provincia *Castrum*; ante *Machabaeos* 1434. demum in fine 1435. ut adeo Calligraphus praestantissimo huic Codici in quartum annum insudauerit. Adscribam totum illius *Επιφωμια*: *Tato biblie skonana gest spomoci pana boba a k rozšireni geho swateho zakona. z rozkazanie a nakladem Slowutneho a opatrneho muzie pana Filippa z paderowa. škrze rucie Jana z Praby Aliaps receneho. Leta ot narozenie božieho. Tisicz. Cztyrista. Tridcareho a pateho. w utery wigilie swatych Petra a Pawla Apōstolow božich. Quali dicas: Ista Biblia finita est cum auxilio Domini Dei ad dilatationem ejus sanctae legis mandato et impensa spectabilis et prudentis Viri Domini Philippi de Padersow per manum Johannis de Praga Aliaps dicti. Anno a Nativitate Dei M. CCCC. XXXV. Die Martis in vigilia Petri et Pauli Apostolorum Dei. Hic primum moneo, in voce *Aliaps* per literam p lineolam transversim ductam esse, unde vix erret, qui legat *Aliapars*, putetque e *Giny* Alius et *Djl* Pars Scriptorem bohemicie *Ginodjl* adpellatum fuisse. Dein *Philippum* illum de *Padersow* seu *Podarsow* Provinciae *Bechinienf.* Praesidio Castrum *Ostrometiensis* praefuisse. Denique Codicem e Bibliotheca *Equit. de Straka* pro *Palatina* coemtum olim a Fratribus *Moravis* ad illustres *Zierotinos* delatum fuisse. Theca enim exterior *Scutum* eorum gentilitium praefert cum literis *K. S. Z. Z.* quas *Cl. Vir Joseph**

seph Dobrovius interpretatus est: *Karel Starssi z zerotina*, id est *Carolus Senior de Zierotin*. Vide, si lubet, ejus *Literar. Magazin für Böhmen und Mähren*, II. St. Prag. 1786. p. 33. et III. St. 1787. p. 51. ubi et eruditorum Virorum *Zlobitzkii* et *Durichii* in inclitum istud Bibliorum Exemplar habes Observata. Posterior, meus in Bohemicis *Odnyos*, ejus non raro etiam T. I. egregiae suae *Bibliothecae Slav.* meminit.

XL I.

U. 3 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 342. f. commode perscriptus, rubricisque distinctus *Vetus Testamentum* continet praevia hac nota: *Hunc librum dedit pro libraria domus Collegij ducalis Clarissimus ac doctissimus vir magister Rupertus weissenburger ex pruck in sacra theologia professor fundatissimus Insuper ecclesie sancti stephani wienne canonicus predignus cuius anima deo viuat eternum feliciter.* Post alios Magistratus Academicos gestos vir hic *Leitae-pontanus* Rector praefuit a. 1469. quo simul sacras Literas exponebat. Libri porro hoc ordine se excipiunt: *Pentateuchus*, *Josue*, *Judicum*, *Ruth*, *IV. Regum*, *II. Paralipomenon*, *Esdras* cum *Nehemia* adjuncto *Libro III. apocrypho*, qui hic II. dicitur, *Tobias*, *Judith*, *Esther*, *Job*, *Machabaei*, et *Psalterium*. Omnes ab litera cubitali eleganter picturata auspiciantur, et *Hieronymi Praefationi-*

bus gaudent. Praeterea finguli *Libri Mosi* Indicem *Capitum* suorum praeferunt. *Paralipomenis* subjuncta est propria rubrica *Oratio Salomonis*; illa videlicet, quae paucis mutatis legitur *L. III. Reg. c. 8. v. 23. Psalterium* denique non *vulgatum* est, sed ab *Hieronymo* ex *Hebraeo* versum, prout extat in *Operibus D. Doctoris*, et in *Sabaterii Bibliorum Sacr. Latinis Versionib. antiq. Remis 1743. T. II. p. 9. f. Psalmo* tamen 2. Codex legit: *Quare turbabuntur pro turbantur*, et, *Ego autem ordinavi Regem pro orditus sum*, quae lectiones *Sabaterio* non videntur occurrisse. Et sic totum *Psalterium* examinari mereretur. Adjecit Librarius ad ejus calcem spurium illum Psalmum: *Pusillus eram &c.* de quo *Fabricii Codex Pseudepigr. V. T. p. 905.* Etiam hic: *Quis annunciauit de me Domino meo*, quod non est in graeco: $\tau\iota\varsigma \alpha\nu\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\epsilon\iota \tau\omega \kappa\upsilon\beta\epsilon\iota\omega \mu\epsilon\alpha.$

XLII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 824 Folior. 456. f. max. per duas columnas probe scriptus, et picturatis initiorum literis decoratus continet sacra *Vet. Test. Biblia*, demto *Psalterio*, vulgatae interpretationis cum Prologis *Hieronymi*, ordine consueto. Liber *Nehemiae fol. 205. p. 2.* ad calcem dicitur *liber Esdras secundus*, et tamen *Esdrae tertius*, qui sequitur, etiam inscribitur *Secundus*. Inter hos duos Libros insertum est: *Hic est ordo legendarum hystoriarum*